



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

3. Junij. 3. Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

EXALTAZAN

3. Junij. 3. Nonas.

Vixit B. LIFARDE: qui claram, ex qua
circa progenitus eras, familiam mona-
annum sticæ humilitati postponens, in Hem.
1195. menrode supplex petijisti, ut sub habi-
 tu Conversorum pascendis porcis de-
 putareris. Quem abjectissimum labo-
 rem cùm aliquot annis in vera cordis
 simplicitate promptissimè exercuisses:

Tenta- meritis tuis, pro suo in humanum ge-
 tur à nus odio, invidens superbiæ spiritus,
spiritu te vano cogitationum vento ita trans-
super- versum egit; ut, cùm sordidæ functio-
bie. nis vilitatem relicto quondam generis
 splendori comparares, fugâ libertatem
 quærere statueris. Ita fluctuante inter
 spem metumq; animo, cùm destinatâ
 ad scelus nocte ad quiescendum te læ-
 tus componeres, assistit lateri tuo viri
Terrifi- venerabilis species, signoque, ut sequa-
ca visi- ris, admonet. Cujus vestigijs inhærens,
one li- ad cæmeterium pervenisti, ac jussus re-
bera- center ibidem sepulta cadavera inspi-
tur. cere. Quorum teterimum fœtorem
 exhorrescenti, & metu propè exanimi,
 Dux ille tuus: *Si, inquit, hoc ferre non
 vales, quod mox eris ipsem, qua ratione
 feres tormenta, quæ superbis reservat in
 æternis*

eternis ignibus Divina Justitia? His di-
stis, tēque ad lectulum reducto, dispa-
ruit, simūlque stolidum fugiendi con-
siliū. Exinde nidor graveolentis ha-
ræ, nedum tædio, sed in delicijs erat.
Atque ita novis radicibus firmata hu-
militas, ex periculis tam serijs emer-
gens, ad miracula primū, & ad cœ-
los denique assurrexit. Radix superbiæ
est, miseria nostræ, & bonitatis in nos Di- Super-
vine oblivio. Ut hoc malum evellam, se- bia na-
quar frquenti memoria ducem tuum, ad scitur
eundem locum, quem tibi ostendit: ut ex ex obli-
consideratione futuræ calamitatis discam, D E I,
quod mulii non credunt, tu ramen doceri, & sui.
& docere meruisti: dignius esse humano
fastigio, porcorum gregem pascere, quám
nutrire in animo superbiam.

S. BERNARDUS, ser. 13. in Cant.

Si inventus fueris ad opus impiger, D E O
ad fructum referendum fidelis; pro servi-
labore tuo mercedem accipies. Si endum
quo minus, tolletur à te talentum,
& nihilominus exigetur lucrum, &
vocaberis servus nequam, & piger.



4. Junij.